



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 111. Terracinensis Episcopus ad Philippi II. alloquium admissus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„tibus selecti Theologi accersantur, ac Sæcul. XVI.
 „benigne audiantur, atque ita Ecclesiæ, A. C. 1560.
 „opinionum seu diversitate, seu licentia
 „divulsæ, concordia sarciatur.,,

§. CXI.

*Terracinenfis Episcopus ad Philippi II.
 alloquium admissus.*

Verum summi Pontificis Nuntii ad Pallav. l. 14.
 Principes ablegati circa Synodi ne- C. 14. n. 4.
 gotium tam sinistra referebant responsa,
 ut exinde Pius IV. novis angeretur cu-
 ris, ac de felici successu adhuc magis
 dubius redderetur; quippe Terracinen-
 sis Episcopus Sedis Apostolicæ Nuntius
 ad alloquium admissus Philippo II. Regi
 hæc exponebat: „Pius IV. Papa in
 „sui Pontificatus initio crebris literis
 „acceperat, varios motus ab hæreticis
 „excitados in Galliis, in Provincia trans-
 „alpina, in Sabaudia, variasque moli-
 „tiones per Germaniam, Angliam, Sco-
 „tiam, & Helvetiam ab iisdem factas:
 „prius vero non sine gravi animi dolore
 „audivit, ab illis eosdem in Hispania
 „conatus adhiberi, atque ad arma sol-
 „licitari Mauros granatenses, Seriffum
 „Algerii Dynastam, ac demum turca-
 „rum opem ad Christianorum perniciem
 „fuisse imploratam: quapropter Ponti-
 „fici de tam gravibus periculis vehe-
 „menter sollicito, nec minus intento

Sæcul. XVI. „ad Ecclesiam ab his illæfam servan-
 A.C. 1560 „dam non occurrit, ubinam tutius spem
 „suam figeret, quam in te Catholice
 „Rex, qui non sine singulari Dei pro-
 „videntia potentissimus inter Christianos
 „Principes constitutus es, tot Regno-
 „rum conjunctione, novique orbis ad-
 „eptione, & cujus ditiones adhuc im-
 „munes, fere a communi contagione
 „perstant: nihilominus exponendum
 „mihi restat, quod proborum omnium
 „animi, quantum prius hujusmodi bonæ
 „spei pleni fuerant, tantum tamen postea
 „suspensi extiterint, cum observarent,
 „tamdiu nullum a te erga Pontifi-
 „cem fuisse præstitum officium gra-
 „tulationis, obedientiæ, oblatae operæ,
 „nec legatione, nec literis, Nuntioque,
 „qui præcesserat, jurisdictionis usum
 „fuisse negatum: Denique per varia
 „edicta dignitati, auctoritati que Sedis
 „Apostolicæ fuerat derogatum, imo,
 „cum in ipsius adjumentum fuissent a
 „Rege offerendi thesauri, ab administris
 „Regiis injectæ fuerunt manus in spo-
 „lia, & in proventus vacantium Eccle-
 „siarum, ablati Apostolicæ Cameræ
 „iis, quæ jure debentur: porro his in-
 „commodis uti pii Catholici afflictan-
 „tur, perinde animantur hæretici, qui
 „his argumentis vulgo persuadentur,
 „quod hæc Hispaniæ cœpta eo tende-
 ren-

rent, ut se obedientiæ Sacrosanctæ ^{Sæcul. XVI.}
 illius Sedis paulatim subduceret: A.C. 1560.
 quocirca consultissimum videtur, ut
 Regia sua Majestas tam efficaciter,
 sua edicta revocet, quin ullum illo-
 rum vestigium eo tempore, quo de
 celebranda Generali Synodo agitur,
 amplius appareat.

§. CXII.

*Hujus Nuntii propositio de Concilio
 per Papam proxime celebrando.*

Porro de hoc Concilio Nuntius hæc ^{Pall. n. 4.}
 addebat: „Constitutus est a Ponti-
 fice Cardinalium cœtus, qui coram se
 frequenter conveniret ad Ecclesiasti-
 cos reformandos, antequam eorum
 sordes, si quæ sunt, exponerentur in
 tam solemnem, ac venerandum Concilio
 expurgandæ, ex qua etiam instantis
 Synodi cogitatione omne studium a
 Pontifice adhibetur, ut Episcopos in-
 duceret ad suas Ecclesias adeundas,
 ubi morum emendationem præverten-
 tes, ea saltem, quibus fortiori manu
 opus non esset, corrigere, reliqua vero
 adnotare possent, quorum correctionem
 in Concilio fanciendam curarent: Ce-
 terum a sua Majestate impense petit
 Pontifex, ut ad tam arduum, ac fa-
 lutare consilium rite perficiendum
 valida subministraret auxilia, ac monita